



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Abrogatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

cessione speciali, vel generali Episcopi, vel Papæ. si sit exempta, vel ex antiqua & approbata consuetudine, infra. Excommunicatio. §. 24.

6 **ABBATISSA** potest in maturinis euangelium legere, non tamen in missa, nec prædicare, aut publice docere; secundum gl. c. noua. de pœni. & remi. potest tamē suas moniales, & sibi subditos monere, & hortari. Non potest velare moniales. 20. q. 2. c. statuiimus. Non debet loqui cum aliquo sola. 18. q. 2. c. diffinimus. neque moniales mittere ad locutorium ad loquendum solas: secundum Archi.; quia par. imò maior ratio est.

7 **ABBATISSA** potest permittere monialibus, vt victum, & lucra, quæ, & quæ manibus acquirunt in proprios & necessarios vsus conuertant. not. Panor. c. edoceri. de rescript. & Ioan. Andr. in c. cum ad monasterium. de statu. re.

8 In electione abbatissæ debet seruari forma capitul. quia propter. de electionib. Vide ibi Dominicū. de Sanct. Gemina. & in capit. indemnitatibus. §. sanè. eodem titulo, libro sexto, cum ibi dicatur via scrutiniij. & subdit aliud speciale in electione abbatissæ: quia potest fieri assensus, recedendo ab vna electione, transeundo ad aliam, sicut in electione Papæ: debet tamen fieri antequam diuertant ad actus extraneos: earum tamen decreta, & privilegia, si qua habet, debent inspicere & seruari. Qui verò ad dirigendum eas in huiusmodi electionibus, quomodo incurrant excommunicationem, nisi abstineant ab his, per quæ discordia possit oriri, vide infra excommunicatione. 88.

ABORSVS.

1 **ABORSVS** inter maleficia computatur, & est cõtra naturam: quia etiam bruta fœtum expectant: ideo procurans abortum voluntariè, si fœtus formatus est anima rationali, verè est homicidia, mortalitèrque peccat, & si sequitur effectus, irregularis est: secundum Th. 4. sen. d. 31. in litera. Si au-

tem fœtus non viuebat anima rationali, licet mortalitèr peccet, non tamè efficitur irregularis. Facit ad hoc. c. alij quando. 32. q. 2. Alijs autem pœnis: secundum leges ciuiles, tales puniuntur.

2 **DARE** medicinam prægnantibus vt abortiantur, ad præseruandum eas à morte: secundum Ioan. de Napol. in 10. quol. si fœtus est animatus anima rationali, nõ licet sine mortali. Non enim debemus vni nocere, vt alter iuuetur. Si verò nõdum erat tali anima viuens, licet dare talem medicinam. vt mulierem prægnantem à morte liberet: quia licet impediatur anima animationem, non tamen est causa mortis hominis. Si tamè res dubia esset, videretur mortalitèr peccate: secundum Archid. Flor.

3 **TEMVS** animationis in masculo, est spatium dierum. 40. in fœmina verò. 90. vel circa Panormi. cap. si quis. de homi. Pœnæ corporales procurantium abortum cum effectu ponuntur. ff. de pœ. l. si quis aliquid. §. qui abortionis.

ABROGATIO.

1 **ABROGARE** est destruere, vel in totum delere: vnde lex abrogata, id est, in totum sublata, vel destructa. De rogatur aptem legi multipliciter. Primò, contraria consuetudine, quæ est nota principi. d. 4. §. leges. Secundò, contraria constitutione. 31. di. c. antientium. Tertio, cessatione cause. c. neophytus. 61. d. Quarto, locorū varietate. c. aliter. 31. di. Quintò, nimio rigore canonis. 34. di. c. fraternitatis. Sextò, propter malū inde sequens. d. 63. §. verum. Summistè ad tria reducunt, videlicet propter consuetudinè, propter dispatem temporum successionem, & propter emergentia mala, de quibus Tho. 12. q. 97. a. 1. 2. 3. Hæc intellige de legibus humanis tantum.

ABSENS.

1 **ABSENTE** sine eorum culpa: vt quia sunt exules, vel timet potentiam tyrani, vocandi sunt, vt saluè constituat procuratorè. Inn. in c. 2. de no. ope. nun.